Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift



150

mittendus · de quo alibi dicit · seruus non manet in domo in ęternum · filius autem manet in
ęternum. Im itaq; dedit nobis potestatem filios dei fieri · ut non serui sed filii simus · ut miro
quodam et ineffabili sed tamen uero modo serui non serui esse possimus · Serui scilicet ti
more casto · ad quem pertinet seruus intrans in gaudium domini sui · non serui autem timore fo
ras mittendo · ad quem pertinet seruus non manens in domo in ęternum · Ut autem tales serui non
serui simus · dnm facere sciamus · Hoc, seruus ille nescit qui nescit quid faciat dns ei · et
cum aliquid boni facit sic extollitur · quasi hoc ipse faciat non dns ei · et gloriatur in se non
in dno gloriatur · cum se ipse decepit · quia sic gloriatur quasi non acceperit · Vos autem kmi ut
amici dni esse possimus · quid dns nr faciat sciam · Non solum omnibus hominibus · uerum etiam ins
tos ipse facit nos · et non ipsi nos · Et ut hoc sciamus · quis nisi ipse facit · non enim spm
huius mundi accepimus · sed spm qui ex deo est · ut sciamus que a deo donata sint nobis · Ab ip
so quicquid boni est donatur · quia et hoc bonum est ab ipso utiq; donatur · ut sciatur a
quo bonum omne donetur · ut omnino de omnibus bonis qui gloriatur in dno gloriatur · Me
rito quaeritur · quomodo accipiendum sit quod ait dns · Vos autem dixi amicos · quia
omnia quecumq; audiui a patre meo nota feci uobis · Iuis enim audeat affirmare esse
dere ullum hominem scire omnia quecumq; a patre audiuit unigenitus filius · quando nec
hoc quidem quisquam capit · quomodo audiat a patre ullum uerbum · cum ipse patris sit
unicum uerbum · Qd qd aliquanto post in hoc ipso tam sermone que post cenam ante
passionem ad discipulos habuit · multa habeo inquit uobis dicere · sed non potestis illa
portare modo · Iuo quo pacto intellecturi sumus omnia eum nota fecisse discipulis quecumq;
audiuit a patre · cum, preterea quedam multa non dicat quia scit eos modo non posse
portare · Sed nimirum qd facturus est fecisse se dicit · quia ea que futura sunt fecit · Sic
enim ait, ppheta foderunt manus meas et pedes meos · nec ait fossuri sunt · uidit preterita
dicens · et ea tamen futura predicens · ita et hoc loco ait omnia se nota fecisse discipulis